

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Dialogus tertius de republica, vel, de iusto

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

imitatio quaedam est passionis eius qua est in animo, & posterius procedens simulacrum, haud omnino purum mendacium. Nonne ita? Ita profus. Ipsum itaque reuera mendacium non solum dijs, sed hominibus etiam est odiosum. Mihi quidem videtur. Quid aut ipsum in verbis mendacium, quandonam, & cui adeo vtile est, ut non sit odio dignum? Nonne aduersus hostes atque eos qui uocantur amici, quando ob furorem atque aliquam inscitiam malum aliquod facinus aggrediuntur? Tunc porro auertendi gratia tanquam medicina quaedam vtile est: & in his quas modo dicebamus confabulationibus, eo quod non cognoscamus in quo antiquarum rerum consistat veritas, assimilantes veritati mendacium. ita. n. maxime id vtile facimus. Sic est profus. Secundum ergo quid istorum, mendacium est vtile Deo? An quia non cognoscit vetera, sub veritatis imagine mentitur? Ridiculu istud quidem. Poeta igitur mendax in Deo non est. Non mihi videtur. Nunquid metu hostium mentietur? Longe abest. An propter familiarium dementiam atque insaniam? At nullus stultorum & insanorum, Deo amicus est. Non igitur est cur Deus mentietur? Non.

Ergo omnino sine mendacio est deorum demonumque natura. Omnino. Quare & simplex omnino Deus, & verax dictis ac factis, neque mutatur ipse, neque alios decipit, neque per visiones, neque per sermones, neque per signa, neque nobis dormientibus, neque vigilantibus. Ita quoque mihi de hoc te dicente videtur. Concedis ergo hanc secundam esse figuram, in qua oportet de dijs ita dicere, & audire, tanquam qui neque praestigiatores sint, neque se mutant, neque mendaces nos, aut dictis, aut factis seducant? Concedo. Multa igitur ab Homero dicta laudantes, somnium ab Ioue Agamemnoni missum nequaquam laudabimus. Neque Aeschylum, cum Thetidem inducit dicentem, quod Apollo filium eius interemit: qui tamen in eius nuptijs discumbens cecinerat, bonam Thetidum stirpem fore longeva, morbisque intactam. Cecinit quippe multa Apollo, inquit, fortunisque meas Deo amicas fore praedixit, & letitia me laudationibus suis affecit. Atque ego os Phoebe sperabam diuinum, veridicum, fatidicumque esse. Ipse vero idem qui laudabat, in mensa & ipse discumbens, ipse haec fatus, ipse idem mihi filium interfecit. Talia quaedam quoties de dijs dicentur, protinus reclamabimus exhibebimusque, neque permittemus, ut ludorum magistri ad iuuentutis disciplinam istis utantur, si custodes apud nos pij atque diuini quoad homini possibile est, futuri sunt. Accipio equidem hanc formam, proque legibus ubique utar.

DIALOGVS TERTIVS DE REPUBLICA, VEL, DE IVSTO.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



DIALOGVS tertius custodum educatione in secundo inchoatam proficitur. Atque sicut in secundo prohibuit eos audire falsa turpiaque de dijs, ita hic vetat tragica audire de inferis, quae reddere illos possunt timidiore. Item & comica, quae effusorem concitant risum. Tamen enim mollis euadit, qui quotidie in lacrymas risu profusiore reuoluitur, quam qui dolore lacrymare compellitur.

Quoniam vero non solum procul a timiditate custodes arcendi sunt, verum etiam ab intemperantia & auaritia, atque iniustitia, ideo rursus audiri vetat carmina poetarum, quibus vel deorum, vel heroum magnorumque virorum libidines, rapinae, iniquitatesque finguntur. Haec autem educatio militaris omnibus fere civibus est aequae communitatis. Inter haec quae de mendacio dicit attende. Mendacium civitatis calamitas est, videlicet quando priuati inter se mentiuntur, maxime vero si magistratibus mentiuntur. Perinde ac si aegroti medico, vel naua mentiuntur gubernatori. Licet autem gubernatoribus interdum rei mendacio salutis publicae gratia, & priuato quandoque erga priuatum, solum gratia mali cuiusdam grauissimi deuitandi. Licet & confabulari moderate de rebus antiquis, quarum veritas ignoratur, & quasi per imagines quasdam res illas quarum certam formam uix habemus, effingere. Proinde orationem in species tres distinguit. Aut enim simplex narratio est, aut imitatio simplex, aut ex utrisque permixta. Omnem uero sermonem reprobatur, qui uilissima quaeque referunt absque delectu, & aget hominem perturbatum. Quisquis enim diu studiose aliquid imitatur, in eius transit naturam. Quocirca poetam perturbatos animos acris imitantem, tanquam iuuentuti noxium iubet uel mutato stylo constantem habitum imitari, uel ex utroque procul abire. Dicit quoque eum qui plura, uel imitando, uel faciendo pertractat, in singulis tandem ita deficere, ut in nullo euidat egregius. Pergit uero deinceps ex prima musica, id est poesi, ad sequentem, eamque in tres distribuit species. Orationem, harmoniam, atque rhythum. Principio phibogum musici uocem uocant harmonicam, id est consonantiam a prima quae neque adeo grauis sit ut nequeat ab eodem cantore grauior fieri, neque tam acuta, ut edam non possit acutior. Harmoniam deinde ex phibogis constituit, congruam uidelicet mensuram in excessu atque defectu grauium uocum, & acutarum, atque mediarum. Sunt hic uoces quattuor, grauis atque acuta, & surgens in acutam, & declinans ad grauem. Item prime proportionum quattuor, dupla inter duo atque unum. Sesquialtera inter tria atque duo. Sesquitercia inter quattuor atque tria. Sesquiquarta inter nouem atque octo. Proportionem duplam sequitur consonantia uocis octauae: Sesquialtera, quinta: Sesquitercia, quarta: Sesquiquarta demique tonus. Sed his alibi diligentius. Accedit tertio loco rhythmus, id est ordo quidam motionis, & temporis, ut ex secundo Legum percipitur. Postquam enim uoces harmonicae quaedam excessu defectusque mensura per intentionem remissionemque uoculati, opus est rhythmo, per quem uocum acutarum, grauium, mediarum motus ac tempora metiaris, & in singulis, & inter singulis. Motus dico blandiores, seueriores, & medios. Tempora dico, longiora, breuiora, aequalia, per accentus longos breuesque, & medios. In his nota basem uocabulorum esse diuersam: nam ut res exigua significat, fundamentum, sedem, pondus, progressumque, & terminum. Praeter haec considerandi sunt nouem consonantiae, & dissonantiae communissimae gradus. Primus in ratione, id est opinio cum ipsa rei ueritate consentiens. Cuius contraria est opinio falsa a ueritate dissentiens. Secundus in imaginatione. Cuius consonantia est consecutio rationis: Dissonantia uero persecutio externorum. Tertius in effectu, uel temperanter rationem sequente, uel imaginationem intemperanter. Quartus in sermone decoro, uel indecoro, quatenus uel rectam rationem, uel imaginationem tumultuariam sequitur. Quintus in cantu. Cuius consonantia est, decorum imitari sermonem, dissonantia intellectionum. Sextus in sono cantum aliter uel aliter imitante. Septimus in saltu canticum, uel inconcinno ad choream pertinente. Octauus in quadam membrorum corporisque totius compositione, tanquam spectaculo gratia, quam exercitio gymnastico propria. Nonus in artificiosis cumbetibus artis operibus, musica quadam proportionem compositis. Hi nouem gradus Musas tibi referant nouem. Memento uero optimam omnium harmoniam esse animi temperantiam. Quam & sequentes ceterae imitantur, & uicissim eum frequentantur, augent. Quapropter imbet eas duntaxat consonantias exerceri, audiri, spectari, quae habitum mentis constantem referant, non superbia elatum, non iracundia effratum, non uoluptate mollium atque resolutum, non fractum dolore, non misericordia, uel indigentia querulum. Probat ergo concentum grauem atque constantem, improbat autem extremos, id est concentum atque mollem: damnat quoque multiplicem, laudat praeter ceteris simplicem. Plurimum uero in animum posse iudicat harmoniam. Si quidem harmonia quaedam diuina sit animus, celestisque harmonia aliquando, ut Platonicè dixerim, affuetus. Rursus harmonia quaedam consistit corpus, consistat & spiritus. Praeterea consonantia uocum aerea aereum spiritum motu penetrans, affectumque camentis & animi secum transferens, audientis affectum mouet affectu, & animi afficit animo, sensumque mores infundit. In omnibus animalibus uerte quam non civili solum, sed etiam religiosa admodum obseruantia Plato suam erudiat ciuitatem, semperque quod & praecipit

capit in Politico, temperantiam cum fortitudine miscet. Denique quam turpem, quam dissonantem esse censeat verecundam voluptatem, ideoque ab amore legitimo procul eam segreget, pulchra semper consona solum desiderante. Plurima vero de Musica tractat atque gymnastica. maxime n. momenti erant: omnes n. his incumbere, debentque incumbere. Illa n. animum spiritumque; haec corpus animi gratia iurifice format atque componit. Addit, non ex corpore bono bonum animum, sed ex animo bono corpus fieri bonum. Subiungit simplicem musicam animi viciumque; simplicem corporis sanitati prodesse, multiplicem vero vtriusque nocere, hominesque dum sobrii vixerent, non indiguisse medicorum auxilio physicorum. Damnat superstitiosas corporis observationes circa vitium, atque medelas. Signumque praecipuum civitatis male institutae dicit esse, si diligenti medicorum iudiciumque indigent opera. Describit medici iudiciumque officium, et in dicens eligit ingenio bonum, prudentem, senem, multos homines et bonos et malos experium. Afferit prauitatem, quasi privationem quandam, neque se, neque virtutem cognoscere. Virtutem vero quasi habitum, per se solum cognoscere se, per se quoque addito rerum usu de vitiis iudicare. Memisse vero semper oportet, Platonem non solum hic, sed etiam in Legibus, et Politico, et Protagora confirmare nihil magis necessarium esse omni quidem viro, praecipue vero civili atque philosophico, quam copulam ex fortitudine pariter temperantiaque constitam: ut per illam alta petantur, per hanc non stentur humilia, et vtriusque nihil inquam nimis, aut audeas, aut metas. Per illam rursum privatus publicasque propulset iniurias, per hanc abstineas ab iniuria. Per illam ad honesta voceris, per hanc cohibeatis a turpibus. Quo sit, ut gymnasticam simul et musicam ad duo haec demique referat, ut per illam fortitudo, non tam corporis quam animi, per hanc temperantia comparetur. Iubet autem ambo rite invicem commiseri. Siquidem sola gymnastica parit ferocitatem, musica sola molliciem, ambo vero fortitudinem atque temperantiam. Ex eorum denique numero qui sic educati sunt, eligit et custodes et magistratus, et defensores et milites. Ad magistratum vero assu mi vult senes, prudentes, fortes, publici amatores boni, atque in hoc ipso per experientiam comprobatos. Probari item praecipit iuvenes in medijs voluptatibus, et doloribus, quo discernatur, vtrum temperati fortesque sint, an contra: atque vtrum sententiam boni publici conservandi propter fallacias, aut minas, aut illecebras, sint aliquando facile mutaturi. Denique ingenia hominum metallis similia esse dicit, et aptum quidem ad gubernandum auro, aptum vero ad militiam argento, ad opificium vero, et agriculturam ferro, et aeri. Iubet singula ingenia ad illa quibus apta sunt converteri: itaque gubernatorum filios interdum pro ingenio ad viliora, atque vicissim inferiorum filios ad munera nobiliora similiter. Prohibet quoque milites proprium aliquid possidere, ne per avaritiam ex canibus conuertantur in lupos.



HAEC igitur sunt, ut mihi videtur, qua de dijs audienda aut non audienda sint ab ipsa statim pueritia, his qui deos et pariter honoraturi sunt, communemque amicitiam non parvi facituri. Existimo, inquit Adimantus, nobis sic recte videri. Quid autem his qui fortes futuri sunt? nonne ea dicenda, quae ipsos mortem minime metuentes reddant? an putas aliquem fortem esse inquam, qui hanc timeat? Minime per Ionem, inquit. Sed et qui ea quae de inferis dicuntur credat, et terribilia esse existimet, putat sane eum intrepidum ad mortem futurum, in ipsaque pugna mortem seruituti et captivitate praepositurum? Nequaquam. Oportet itaque nos, ut videtur, praepcepta dare et his, qui de his rebus fabulantur, precarique, ne ita simpliciter, quae apud inferos sunt vituperet, sed magis laudent: tanquam neque vera dicant, neque vitia his qui pugnae futuri sunt. Oportet sane. Delebimus igitur eiusmodi omnia, ab hoc versu sumentes exordium: Male equidem in re rustica conseruo inopi seruire, quam defunctis omnibus imperare. Et illud, Domus profecto mortalibus immortalibusque horribilis, vasta, fetensque videatur, quam et dii odio habent. Et illud, O miseri nun-

quidam apud inferos anima atque imago? At vero mens adest nulla. Et illud, Solum sapiunt: ceteri umbra volant. Item, Anima soluta membris ad inferos volat, suam deplorans calamitatem, cum et fortem et teneram et atatem reliquerit. Item, Anima sub terras veluti fumus, cineres abiit. Item, Quemadmodum noctua vaslo sub antro volantem volans, postquam aliqua de ordine ceciderunt ex terra in qua cohaerebat, sic illa simul stridentes ibant. Haec utique et cetera talia, bona Homeri et reliquorum poetarum venia abijciamus, non quia poetica non sint, et apud multos auditu iucunda, sed quoniam quanto magis poetica sunt, tanto minus audienda pueris atque viris quos liberos fore oportet, seruitutem magis quam mortem timentes. Sic est omnino. Nonne insuper nota quae his imposta sunt horrenda terribiliaque abijcienda sunt? Cocytos inquam, et Styga, et inferos mortuos, aliaque eiusdem generis nota. Terrent vehementer quippe omnes quicumque audiunt, ac forte ad aliud quippiam conferunt. Nos autem custodibus nostris ab hominibus non valde metuemus, ne ex hoc pauore molliores, quam decet reddantur. Et merito formidamus. Auferenda sunt igitur. Auferenda. Forma vero his contraria dicenda, et inducenda est. Videlicet. Ergo lamentationes commiserationesque magnorum virorum auferimus. Necesse est, si quidem superiora sublata sint. Contemplare igitur, recte an contra id faciamus. Dicimusne moderatum virum moderato viro amico suo orbatum non malum quid illi mortem existimaturum? Dicimus quidem. Non igitur in morte illius tanquam grauius passus lamentabitur. Non enim hoc asserimus, hominem homini seipso ad bene viuendum contentum esse, minimeque omnino alio indigere. Vera narras. Minime igitur moleste feret liberis, aut fratribus, aut diuitijs reliquisque homini priuari. Minime certe. Itaque neque lamentabitur, sed moderatissime feret, cum in aliquam hominum sortem inciderit. Certum. Merito igitur clarorum virorum ploratus est medio tolleremus, relinquemus autem mulieribus, neque his quidem inter mulieres aliquid egregium sapientibus, ac viris insuper duntaxat muliebribus, et ignavis, ut dedignentur apud nos illi quos ad regionis custodia educamus, similia istis facere. Probem. Rursum Homeri, et ceteros poetas orabimus, ne Achille dea filium nunc in latro cubilem faciat, nunc supinum, nonnunquam et in faciem: aut exurgente errare tristitia affectum littore maris: aut virum manu ardente puluerem capientem in caput fundere: neque alia cinerem, et lametantem, quot et qualia ipse fecit. Neque Priamum, qui iuxta deos fuit, supplicentem, et luto se prouoluentem, singulosque notatum elamantem. Multoque magis Homeri eundem orabimus, ne deos in hunc modum plangentes inducat, Hei mihi misera, Hei mihi quam infeliciter optimum filium peperit. Quod si quos deos, saltem non deorum maximum usque adeo dissimili figura imitari audeat, ut eum ita inducat dicentem, Heu quam charum mihi virum circa urbem meis oculis prostratum cerno. Unde mihi cor maret. Atque item, O me miserum, quandoquidem dilectissimum mihi omnino Sarpedonem fatum cogit a Patroelo Menetiae domari. Si enim o amice Adimate, studiosi iuvenes haec audirent, neque ridicula putaret tanquam praeter dignitatem dicta, nunquam cum se homines esse scirent, aut illa se indigna existimarent, aut se contineret, cum quid illis eiusmodi vel dicendum, vel faciendum in mentem veniret. Quinimo sine illo vel pudore, vel tole-

Quae dicta a poetis de inferis, non sint audienda pueris.

Homeri carmina.

rantia, in minimis etiam quibusq; iacturis in maximos ploratus eiulatusq; erumperent. Vera nimium loqueris.

Neq; verò id decet, ut ratio nobis paulo antè dictabat: cui nisi quid melius interim nacti fuerimus, credendum est. Non decet profectò. Sed neq; in risum nimium profusos nos esse oportet. Nam effusum risum vehemens mutatio sequitur. Ita mihi quoq; videtur. Nò igitur admittendum est, quando quis summa autoritatis viros in risum solutos inducit, & multò minus quando deos. Multò certè minus. Ergò neq; Homerum audiemus, cū dicit: Inextinguibilis risus dys concitatus est, dum Vulcanum per domum properantè viderent, utpotè qui claudus esset. Haud .n. admittendum est hoc secundum tuum sermonem. Si meum vis sermonem hunc ponere, nequaquam admittere decet. Quinetiam pluris faciendæ veritas est. Si .n. rectè paulo antè dicebamus, dys inutile est mendacium, hominibus autem pro medicamento est vitale. quare publicis medicis concedendum, privatis autem hominibus minimè attingendum. Patet. Igitur rempublicam administrantibus præcipuè si quibus alijs, mentiri licet, vel hostium, vel civium causa ad communem civitatis utilitatem. Reliquis autem à mendacio abstinentiendum est. Sed aduersus huiusmodi principes priuatim mentiri, maius peccatum est quam ærotum mentiri erga medicum, vel se exercentem erga ludæ magistrum circa sui corporis vitia, vel erga nauis gubernatorem de nauis & nautis minimè vera dicere, quemadmodum vel sua cuiq; vel sociorum sese res habeat. Vera narras. Si quem ergò deprehenderit alium in ciuitate mentientem ex eorum genere qui artifices sunt, utè videlicet, vel marmorum medicum, vel lignarium, fabrum, eum punito, tanquam rem quandam inferentem ex qua cuitatis ipsius veluti nauis submersio & perniciës sequitur. Sic planè agendum: siquidem sermone opera peraguntur. Quid præterea? nonne temperantia nostris adolescentibus opus erit? Absq; dubio. Temperantia autè nonne hæc talia quo ad subditos maxima sunt, ut videlicet obtemperant magistratibus: quo ad ipsos autem principes, ut ad venerorum, epularumq; & comotationum usum continentes sint? Mihi sane videtur. Hæc itaq; talia bene dicta asseuerabimus, qualia apud Homerum Diomedes ait. Eia age silentio confide, ac meis verbis obtempera. & alia his similia. Ibant robur spirantes Achivi silentio duces timentes. Et alia quacunq; in hanc sententiam dicuntur. Probè. Quid autè hæc? Vinolente, canis oculos habens, cor autè cerui: & cætera qua sequuntur, nunquid rectè? & alia huiusmodi ipsorum priuatorum in superiores superbè dicta, siue quis soluta in oratione, siue poemate inserat, an rectè dicuntur? Nequaquam. Nò .n. existimo ad iuuenem temperantiam hæc, ut audiantur, conferre: nihil aut mirum, si quo modo delectent. Vel quò tibi videtur? Ita. Quid autem? videturne tibi idoneum esse hoc iuueni ad continentiam consequendã, si quando audierit virum sapientissimum apud poetam ita loquentem, Pulcherrimum omnium esse mihi videtur, cum plena sunt mensæ dapibus carnibusq;, Vinum aut è cratere hauriès pincerna poculis infundit atq; circumfert? Vel illud, Miserrimè esse fame perire, & sortem subire aduersam? Siue cum dicitur, Iouem cæteris tum dys, tum boibus dormientibus omnium qua vigilado tractauerat

De utilitate
temperantia.

coitus cupiditate oblitum, & usqueadè libidine & amore Iunonis percussum esse, ut nec cubile ipsum ascendere sustinuerit, sed ibidem humi cõgredi statim voluerit, dicens vehementiori se cupidine inflammarî, quàm olim cum primùm clam parentibus inuicem congressi fuerunt? Siue cum narratur quemadmodum Vulcanus Martè ac Venere cõeuntes reti comprehendit? Non per Iouem mihi videtur idoneum. Verum sicubi modeste, & constanter virorum excellentium facta vel dicta narrantur, aduertenda & audienda hæc sunt. Veluti cum dicitur, Petrus percutiens increpuit dicens, Perpetere, ò cor, nã longè alias grauiora tulisti. Omnino sic est agendũ. Neq; etiam muneribus corrumpi ipsos ciues permitendum est, neq; auaros esse. Nullo pacto. Non ipsis igitur canendum. Munera crede mihi placant hõesq; deosq;. Neque laudandus Phoenix Achilles præceptor, quasi probè locutus fuerit, dum consuleret ipsi munera accipienti Achilles auxilium ferre: non accipienti verò ab ira nequaquam recedere. Neq; rursus Achillem ipsum dignum existimabimus, consentimusq; adèo pecunia cupidum esse debere, ut ab Agamemnone recipiat munera, atq; ut Hectoris cadaver sine pretio reddere nolit. Certè talia laudare nò decet, inquit. Vereor equidè, inquam ego, propter Homerum dicere. nẽpè non esse fas hæc de Achille asseruisse, alijs ne asserentibus credere. Et eundem rursus aduersus Apollinè dixisse, Perdidisti me Apollo deorũ perniciõssimè omnium, quem certè visciscerem, si mihi potestas esset. Item ad fluvium Deum quàm pernicaciter se habuerit, etiam pugnare paratus. Rursus alteri flumini Spercheo sacratis comis, Patroelo inquit heroi, mortuo iam, comam ferendam dabo. Nec credendum est hoc illum egisse. Traetus autem Hectoris circa Patrocli sepulchrũ, & irulationes captiuorum supra rogum, cunctaq; hmoi, nò vera esse affirmabimus, neq; sinemus nostrum persuaderi, quòd Achilles dea filius, & Pelei temperatissimi viri, & ab Ioue tertij, a Chirone sapientissimo educatus, tanta perturbatione agitatus sit, ut duobus contrarijs morbis animi laborauerit, illiberalitate cum auaritia, atq; item deorum hominumq; contemptu. Rectè admodum loqueris. Rursus neq; hæc credamus, neq; dici sinamus, Theseum Neptuni filium, & Pirithoum filium Iouis in rapinas adèo maximas irruisse, neq; alterius dei filium siue heroiẽm ausum esse iniquã tam grauiam impiãq; patrare, qualia de his quotidie mentiuntur. Verum poetas ipsos cogamus, vel negare horum hæc esse opera, vel non affirmare filios deorũ esse: ambo verò hæc simul nequaquam asserere, neq; operã dare, ut nostris iuuenibus persuadeat, quòd ex dys mala aliqua oriuntur, quòd due heroiẽs hominibus nihilo meliores sint. Quoniam, ut iam dictũ est, neq; sancta hæc sunt, neq; vera. Ostendimus .n. ex dys mala aliqua prouenire non posse. Ostendimus plane. Quinetiam audientibus hæc nocent. Omnes quippe præuati suã ignoscunt, persuasi talia quãdam facere fecisset, & illos qui proxime ex deorum genere nati sunt, de quibus illud dicitur: Dys proxime nati, Ioui propinqui, quorũ circa idem verticem Iouis patris ara extat in æthere, & nequẽ dum ipsis euaniuit sanguis deorũ. Quamobrem fabulæ huiusmodi recipiendæ non sunt, ne facilem occasionem ad nequitiam nostris adolescentibus præbeant. Sic prorsus agendum. Quæ deinceps reliqua nobis species est

est sermonum, differentibus quales cuiq; narrandi, vel non narrandi sint? De dijs. n. quemadmodum loqui decet est dictum. Itemq; de ipsis demonibus & heroibus, & his que sunt apud inferos. Satis abunde. An esset fortasse reliquū, ut de hōibus diceremus? Certē. Impossibile istud in presentia, o amice, disponere. Cūr nā? Quoniam existimo nos dicturos, poetās oratoresq; de hominibus circa ea q̄ maximē momenti sunt malē dicere cū scribunt, iniustos quidem multos felices esse, iustos autē infelices; conducereq; iniuste agere si clam. Ipsam verō iusticiam alienum bonum esse, iacturā verō propriam: Hęc inquam & cetera hmoi nos veraturos esse ne dicāt, contraria verō, ut canant & fabulis inserant, mandatu-ros esse puto nunquid? Certē noui. Nōne igitur si cōfitearis rectē me dicere, dicā te concessisse, quā iandiu q̄rimus? Rectē, inquit, prorsus accepisti. Nōne & de hōibus, quod talibus oporteat sermonibus uti, tunc concedemus, cum qualis iustitia sit inuenerimus, & quod natura ipsa profit habenti, seu videatur esse iustus, siue non videatur? Vera loqueris. De his ergo quę dicenda sunt, quā ue non, satis est disputatum: deinceps de dicēdi rōne, ut arbitror, est differendum: atq; ita nobis, & q̄, & quō discenda sint compertum erit. Quid dicas, inquit Adimantus, non satis intelligo. Oportet tamen id te intelligere, atq; ita fortasse clarius hoc intelliges. An nō quęcunq; a poetis, vel fictoribus fabularū dicuntur, narrationem esse dicimus, vel pręteritorū, vel p̄sentium, vel futurorum? Quid n. aliud? inquit. Num ergo vel simplici narratione, vel per imitationē facta, vel etiam utroq; modo narrant? Clarius hoc quoq; exponi requiro. Ridiculus equidē p̄ceptor, & in primis obscurus videor. Quęadmodum igitur qui dicēdo parū valent, efficere solent, ita ego nunc, non vniuersum ipsum, sed partē aliquam sumens, in ea tibi quod volo conabor ostendere. Et primum mihi dicito, nosti n. Iliados principia, in quibus ait poeta Chrysem Agamēnoni supplicasse, ut sibi filiā restitueret, Agamēnonem verō turbato aīo denegasse. Quod postquā non impetravit, imploratū ipsi contra Achinos Deum? Equidē. Et illud credo nosti, quod vsq; ad hos versus, Precatus est oēs Achinos, in primis Atrei filios, gentiū duces: ipse poeta loquitur, neq; tentat aliō mentē nostram conuertere tanquam aliū, quā ipse loquatur. Deinceps verō ita loquitur ac si Chryses ipse sit, conaturq; non Homerū se nobis, sed sacerdotem illum senē ostendere. In ceterisq; ita semper exponit, tū rebus gestis apud Ilium, tum apud Ithacam, in Odyssea cantatis. Sic est oīno. Nōne igitur narratio est, & quando orationes continuas affert, & quando ea q̄ inter ipsas intercedunt? Quidni? Verūm cum orationē profert tanquā alius quidam sit, nōne tunc dicemus orationem suam ei quā similitimā reddere, quem loquentem introduxerat? Quidni dicamus? An non alteri se similitimā reddere vel figura, vel voce, est enī imitari cui facit se similitimā? Proculdubio. In hoc igitur, ut videtur, & ipse, & reliqui poeta per imitationē narrant. Assentior. Vbi autē se nō celat poeta, vniuersa illa poesis & narratio sine imitatione est. Ne autē dicas te neq; hoc quidē intelligere quomodo fiat, ego dicam. Si n. Homerus cum dixisset, Chrysem venisse filiā redempturum, & supplicasse Achinis p̄cipueq; regibus, deinceps non tanquam Chryses, sed

Homerus esset locutus, nosti profectō imitationem illam non fuisse futuram, sed simplicem narrationem. Sic vero se res habuisset. Dicam n. sine versu cum non sim poeticus. Profectus sacerdos p̄cabatur, ut dijs darent, qui incolumes ipsi Troiam caperent, sibiq; acceptis donis filiā restituerent, Deum Apollinem venerantes. Hęc cum dixisset, reliqui sacerdotis dicta probarunt. Agamēnon verō nimium perturbatus, ipsum protinus abire iussit, ita ut ne rursus rediret: neq; n. ipsi dei vel coronam, vel sceptrū profutura: asseruitq; priusquā ipsi filiā redderet, fore ut illa secum in Argo confensceret. Quamobrē abiret, seq; ut saluus abire posset, non iritaret. Quę cum audisset senex, extimuit, tacitusq; discessit. Castra autē egressus, supplex Apollinem multa eius agnomina commemorans orauit, siquid vnquā aut in edificandis tēplis, aut hostijs litandis illi gratum fecisset, ut puniret Achinos, easq; lacrymas sagittis vlcisceretur. Hunc in modū, o amice, simplex narratio sine imitatione procedit. Intellico iam. Et illud p̄terea sciō, contrarium huic esse, cū remotis poetę verbis, quę inter orationes intercedere solēt, orationes ipsę vicissim continuatę relinquuntur. Id quoq; intelligo. Est n. huiusmodi tragędia atq; comędia. Rectē admodū accepisti, existimoq; tibi iam nūc aperire, quod in superioribus percipere non valebas: poesis videlicet fabularumq; signum, aut esse oīno per imitationē quemadmodum ipse dicebas in tragędia atq; comędia: aut per enunciationem poetę proferri. quod maxime in disthyrambis inspicitur: aut per utraq; confici, ut in heroicis alijsq; multis apparet, si modo intelligis. Intellico iam quod tunc inferre volebas. Atqui etiam antē hoc memento, quod dicebamus quę dicenda essent iam expositum esse: quo autem modo dicendum esset, deinceps exponere oportere. Memini quidem. Hoc igitur erat, quod oportere dicebam inter nos conuenire, utrum sinamus poetās imitatione perpetua uti, an partim imitari, partim minime, & qualia utraq; sint, an nihil penitus imitari. Anguror equidem consideraturū te, utrum recipienda sit comędia, & tragędia in ciuitate, necne. Fortasse autē & his plura. Nondum n. noui: sed quō ratio ut ventus feret, eō eundem est. Pręclare loqueris. Hoc igitur, o Adimante considera, utrum imitatores nos habere custodes oporteat, necne. Vel hoc ex superioribus perdet, quod singuli singula rectē conficere possunt, plura verō minime: quod si quis plura tractare aggrediatur, in singulis ita deficiet, ut in nullo euadat egregius. Sic prorsus accideret. Nōne & de imitatione eadem ratio quod plura aliquis aequē ac vnū benē imitari non potest? Non certē. Nunquam igitur studio alicui estimatione digno quis simul incumbet, & imitabitur multa, eritue imitator idoneus, quando neq; duas quidē imitationes, q̄ parum differre inter se videntur, ydem hōes benē simul tractare possunt, ut comędiam simul & tragędiam. An non imitationes quasdā paulo antē istas esse dicebas? Equidē, ac vera dicis, quod ydem nequeant. Neq; etiā rhapsodi. i. cantores heroicorum, simul esse, & histriones possunt. Vera. Sed neq; tragędis aut comędis, tragici aut comici ydem. Hęc autē oīa imitationes quędam sunt, an non? Imitationes. Quinetiā in minorā his videtur, o Adimante, natura hominis esse concisa, ut nullo modo possit benē plura imitari, vel etiam ea facere quorum

imit

imitationes ipsa similitudines quadam sunt. Est ut dicis. Si ergo rationem superiorem ratam haberi volumus, custodes nostros à reliquis omnibus artificijs alienos patria libertatis artifices esse oportere, valde quidem solertes, neque aliud quicquam curare quod huc non tendat, nihil aliud agere eos, vel imitari oportet: vel si imitetur, imitari quae istis consentanea sint, statim à pueritia, fortes scilicet, reperiatis, sanctos, liberales, et reliqua eiusmodi: illiberalia autem neque facere neque imitari posse, neque aliud quicquam turpe, ne ex ipsa imitatione tales efficiantur, quale id quod amulatur. An non animaduertisti imitationes si à teneris annis incipiunt perseverentque, in mores et naturam abire, tum quantum spectat ad corpus, tum ad vocem, tum ad cogitationem ipsam? Et maxime quidem. Non permittimus igitur ullo modo eos quorum habere curam dicimus, quosque praesentes viros fore desideramus, cum viri sint, mulierem imitari, puellam vetulamque, vel marito conuuantem, vel cum diis cōtendentem, exultantemque, cum se felicem esse putet, vel quae aerum circumuenta sicut atque euolet, doleat, amore accedatur, dolore partus opprimatur. Nullo modo. Neque seruas, et seruos, ea quae seruorum sunt facientes. Neque hoc quidem. Neque viros ite prauos, ut videtur, timidos, et contraria eorum quae diximus facientes, conuuantes, iurgantes, turpiaque inuicem obloquētes, siue ebrios, siue nigiles sobriosque, et alia quodcumque homines isti et in verbis, et in operibus, tum in seipsum, tum in alios peccant. Neque et debent, ut arbitror, similes se per imitationem, vel verbis, vel actionibus insaniētibz reddere. Cognoscendi enim insani et mali sunt, tam viri quam mulieres: nihil tamē ex eorum dictis et factis, vel agendum est, vel imitandum. Verissima loqueris. Quid autem, artificesne ex arte aliquid fabricantes, uel aliud quippiam molientes, vel remiges nauium, vel praecipientes istis, vel aliud aliquid circa haec imitari eos decet? Quoniam pacto, cum neque rebus ullis homini mentem adhibere huius liceat. Numquid equos hinnientes, vel mugientes tauros, aut fragorem immurmurationemque fluuiorum, aut maris fremitum, vel tonitrus, vel cetera eiusdem generis imitantur? Atqui prohibitum illis est, aut insanire, aut insaniētibz se similes reddere. Si igitur quae dicis intelligo, est quaedam orationis, et narrationis species, in qua vir optimus, cum quid dicitur est enarrat: et alia quaedam huic dissimilis, quam seruat qui contra ac ille, natus atque nutritus est. Quales verò haec sunt? Videtur mihi vir moderatus quando in narratione deuenerit ad aliquam viri boni vel orationem, uel actionem, perinde ac si ipse ille esset pronūciaturus, et sine ullo rubore, aut dedecore imitationem homini suscepturus: maxime quidem, et ut plurimum imitans uirum bonum, prudentem et sine errore agentem: rarius autem ac minus, morbum, vel amore labantem, aut ebrietate, aut casu quouis alio. Quando autem ad aliquem indignum se uenerit, nolet, ut arbitror, dedita opera simile se deteriori praebere, nisi breuiter quidem, et cum boni quicquam per agit: sed erubescet, cum rudis sit ad hos imitandos, et egre ferat deteriorum formam induere, spernens imagines huiusmodi, nisi forte ioci oblectamenti causa id fecerit. Non iniuria. Nonne igitur narratione utetur talem, quale paulo ante in uersibus Homeri dicebam? eritque oratio ipsius particeps utriusque, imitationis uidelicet, et narrationis alterius? Exigua uero pars imitationis longa in oratione erit? Dicone aliquid, an nihil? Dicis certe, qualem necesse est esse rhe-

toris istius figuram. Nonne igitur qui talis non erit, quo erit ineptior, et indoctior, eo plura narrabit, et omnia imitabitur, nihilque se indignum esse existimabit? Quare omnia imitari aggredietur, et in conspectu quidem multorum, ea praesertim quae paulo ante commemorabamus, Tonitrus, murmura uentorum, et grandinis, axis rotarum, tubarum, tibiarum, fistularum, et omnium denique organorum sonitus: praeterea canum, pecudum, et animarum voces. Erunt huius oratio uersa penè per imitationem, uoce, ac gestu, uel paulum quid narrationis habebit. Necessarium quoque istud. Atque haec sunt orationis species duae, quas supra dicebam. Sunt planè. Nonne ipsarum una quidem parum quid mutationis habet? et si quis decentem consonantiam et rhythmum orationi tribuat, ferè ad eandem orationis formam semper dicendum est rectè loquenti, atque in una insuper consonantia? exiguae namque mutationes, eodemque modo in rhythmo ferè consimili? O non sic se res habet. Quid autem alterius species? nonne contrariis indiget, omnibus uidelicet consonantijs, omnibusque rhythmis, si proprie dicenda est, cum multas et varias habeat mutationum formas? Sic est omnino. Nonne et poeta, et alij omnes qui aliquid dicunt, uel harum una dicendi figura utuntur, uel altera, uel utrisque commixtis? Necesse est. Quid igitur faciemus? Utrum has omnes in ciuitate suscipiemus, uel alteram simplicitatem, uel permixtam? Si in mea opinione consistit, simplici decori imitatricem. Atqui, o Adimate, mixta quaeque incunda est: multa autem incundior pueris, et paedagogis contraria illius quam tu eligis, et plurima turba. Incundissima prorsus. At forte, ut arbitror, reip. nostra conuenientia non existimabis, quoniam non sit duplex uir, neque multiplex apud nos, quandoquidem singuli singula faciunt. Non conuenit certe. Nonne igitur sola in ciuitate hominum conuuium inueniemus duntaxat coriariuum esse, non gubernatorem praeterea? Et agricultorem duntaxat agricultorem, non insuper iudicem? Militem quoque militem, non etiam numularium? ceterosque eodem modo? Vera haec sunt. Si quis ergo in nostram urbem uenerit, qui animi sapientia in omnes possit se uertere formas, et omnia imitari, uolueritque poemata sua ostentare, uenerabimur quidem ipsum, ut scerum, admirabilem et incundum: dicemus autem non esse eiusmodi hominem in reip. nostra, neque fas esse, ut insit, mittimusque in aliam urbem, unguento caput eius perungentes, lanaque coronantes. Nos autem austeriori minusque incundo utemur poeta fabularumque fictore, utilitatis gratia, qui decori nobis rationem exprimat, et quae dicuntur dicat in his sermibus, quas à principio pro legibus tulimus, quando milites erudire aggressi sumus. Ita prorsus, si esset in nobis, efficeremur. Videmur iam, o amice, satis de ea musica parte dixisse, quae circa orationes fabulasque uersatur. Nam et quae dicenda sunt, et quo, exposuimus. Mihi quoque idem uidetur. Restat de catus et melodiae ratione differere. Certe. An non omnia iam inueniret quae nobis de his dicenda sunt, qualia esse oporteat, si quidem antedictis concinere debeamus? Tum Glaucio arridens, Ego, inquit, extra omnes esse uideor. Non enim satis in praesentia possum concinere, qualia dicenda sunt. Opinamur tamen omnino hoc primum nos posse dicere, Melodiam ex tribus consistere, oratione, harmonia, rhythmo. Hoc equidem possum. Nonne melodiae pars oratio nihilo differt ab oratione illa, quae sine cantu est, quo ad hoc, ut oporteat

in eisdem formulis exprimi, de quibus paulo ante dicebamus, & eodem modo? Vera loqueris. Atqui harmonia, & rhythmus oratione sequi debent. Quidni? Quinetia lamentatione luclug, dicebamus in orationibus nos minime indigere. No certe. Quae na igitur querula harmonia sunt? Dic mihi. Tu n. musicus es. Lydia mixta, Lydiaq. acuta, cateraq. hmoi. None remoueda ha sunt? Inutiles n. et mulieribus, bonis saltē, nedū viris. Valde quidē. Praterca Violentia, mollities, & pigritia custodes minime decent. Minime. Quana igitur molles & remulēta harmonia? Ionica & Lydia quocūq. relaxa remissaq. & resoluta vocantur. His igitur, o amice, nū quoquo modo vteris ad militū vtilitatem? Nullo modo. Sed videtur iam tibi reliqua esse Dorica & Phrygia harmonia. Haud equidē, inquā, harmonias noui, sed eam relinque harmonia, q̄ vt decet, imitatur fortiter euntis in plsum, & ad quodlibet negotium violentū viriliter se gerentis, voces atq. accentus, & periclitātis, siue in vulnera, siue in mortē irruentis, siue in aliā grauē sortē incidentis, in oibus istis fortunam constanter atq. viriliter propulsantis. Aliamq. iterū relinque harmonia q̄ voces imitatur atq. accentus hoīs in trāquilla & minime violenta actione versantis, vel aliquid alicui persuaderis, vel supplicātis, vel votis Deo, vel doctrina & admonitione hoīs, vel econtra hoīs alij supplicātis, aut docenti, aut dissuadenti facile se p̄bentis, & qui licet voti copos sit factus, nō tamen superbia efferatur, sed in his oibus temperatē & modestē se gerat, sortemq. vtrāq. rectē ferat, hasq. duas sequatur harmonias, violentā, voluntariam, fortunatorū, infortunatorū, tēperantiū ac fortiū: & oīno q̄cūq. ipsorū accentus pulcherrimē imitantur, has oēs relinque harmonias. At verō nō alias eligi iubes, quam eas quas ego supra dicebā. Nō igitur opus erit nobis in cātibus & melodijs harmonia q̄ multis constat chordis, oibusq. concentibus. Nō, vt mihi videtur. Ergo Trigonorum, Paclidarū, & quorūcūq. instrumentorū, q̄ multis constat chordis, & plurimis cōsonantijs, fabros non nutriemus. Non, vt videmur. Quid autē tibi arū fabros, & tibicines in ciuitate relinques? an nō instrumenta multarum chordarū, harmoniarumq. oīum, tibiam imitantur? Patet, inquit ille. Lyra itaq. restat, & cithara in ciuitate vtilis, & fistula in agris pastoribus cōmoda. Ita ratio nobis ostēdit. Nihil alienū inducimus, o amice, dū Apollinē ipm, & Apollinis instrumenta, Marsia ipsi, & organū, q̄ Marsia sunt, p̄ponimus. Nō per zōic, vt mihi videtur. Per Canem ipm sensim & clanculū purgare cōpimus ciuitatē, quam supra nimis delicijs deditam dicebamus. Ipsi nos videlicet tēperate agentes. Age, purgemus & reliqua. Sequitur ad ea q̄ de harmonijs dicta sunt, vt rhythmos ita prosequamur, ne per varios admodū circūuagēmur, neue per quoslibet motus, sed qui vita fortis & tēperata rhythmi sunt, dignoscāmus. Quibus cognitis, pedem cātumq. cogamus orationē hmōi viri sequi, nō orationē sequi pedē, & cantū. Qui verō sint rhythmi tales, tua interest declarare, quēadmodū harmonias exposuisti. Per Ionē, quid dicā nō habeo. Quod n. tres q̄dam spēs sunt, ex quibus motus isti texūtur atq. pleclūtur, quēadmodū in vocibus quattuor, vnde oēs harmonia cōficiuntur, at aduerterim, dicere possem. Quales aut qualis vitae imitationes sint, aperire nequeo. At de

his quidē cum Damone deliberabimus, qui nā pedū motus proprie sint illiberalitatis, petulatiā, insania, ac reliqua prauitatis, quiue rhythmi cōtrarijs cōgruant. Arbitror autē audiuisse, quāuis nō satis aperte, cū ipse motū quēdā pedū bellicosum nō aret cōpositum dacl ylu heroicūq., quē nescio quō digerebat, supraq. infraq. equalē & in breuē longūq. euadentē, vt q̄ existimo iambu, & aliū quē dā trocheū appellabat. Longitudines autē & breuitates adhibuit. Et in aliquibus istorū arbitror eum vituperare vel laudare ductiois pedis, non minus quam rhythmos ipsos, vel aliquid ex vtriusq. cōmixtū. Neg. n. declarare satis haec possum. Verū haec, vt dicebā, in Damone ipm reiecta dilataq. sint. Prolixa quippe oratione ad haec distinguēda opus esset. Nūquid putas? Prolixa per Ionē. Hoc aut ita discernere potes, quod cōcinnitas atq. ineptitudo cōgruitatem & incongruitatem rhythmi sequūtur. Quidni? Atqui congruū quidem pulchrā orationē sequitur, & tanquā simile imitatur: incongruū verō contrariā. Quinetia consonū ipm, & dissonū eodem modo: quādoquidem rhythmus & harmonia, vt paulo ante dictū fuit, orationem sequūtur, nō ipsa oratio rhythmus & harmonia sequitur. Certē orationē sequi haec debet. Quid verō loquēdi modus ipsaq. oratio nōne at affectiōne sequitur? Absq. dubio. Orationem verō catera quoz sequūtur? Nēpē. Sermonis itaq. decor, consonātia, venustas, & rhythmi cōgruentia affectiōnem at moderatā sequuntur, quā dū dicitur appellat. Nō eā dico quā saepe cū inscitia q̄dam sit, blāda quadā derisione bonitatem nō amus, hoc nōne fatuitatem quadā significantes, imō verō eā dū dicitur inquā, q̄ reuera cogitationem significat moribus optimis p̄ditam. Sic est oīno. Nōne igitur vbiq. haec inuenes sequi debent, si rem suam agere volunt? Debent equidem. Est aut ars pingendi vniuersa horū plena, & omne hmōi artificiu, plena quoz texendi facultas, & vriorū ingeniostas operū, studiumq. edificandi, oīs p̄terea caterorū supellectiliū instrumentorumq. effectio: quin et corporū plantarumq. natura. Porro in oibus istis, aut cōdecentia q̄dam inest, aut indecentia. Et indecentia quidem & rhythmi inconcinnitas atq. dissonantia sermonis turpis & improbi moris sorores sunt: contraria verō contrarij, temperati & optimi germana, & imitationes q̄dam sunt. Est vt dicis. Nunquid poētis solis insistendum, cogendumq. vt imaginem boni moris in suis poematis exprimant, vel apud nos non scribant? An praterca curandū ne artifices alij mali moris simulacrum aliquod non bene castigatum opus, illiberale, deforme, & indecens, siue in figuris at alium, siue in adificijs, siue in quouis alio artificio faciant? Vel si quis hoc prestare non potest, ne quid apud nos agat prohibendus est, ne imprauitatis imaginibus nobis enutriti custodes tanquam noxia in gramine, & multa quotidie paulatim a multis decerpentes pascentesq., vniū aliquod maximum malū ignari in animo cōtrahant? Quamobrem illi inquirendi sunt artifices, qui naturali quadā industria possint tāquam per vestigia exprimere pulchri ipsius decoriq. naturā. ut tanquā in loco salubri habitantes iuniores undiq. adiuuentu: quādoquidem a pulchris honestisq. operibus siue ad oculos, siue ad aures eorum honesti aliquid peruenit, veluti suavis aura quadā a locis salubribus afferrēs sanitatem, quae quidē statim afflare a primis annis incipiens, sensim animos

animos hominū in similitudinem, amicitiam, & concordiam, honesta orationi rōniq; conciliat. Egregie admodū isto pacto nutrentur. Ob hanc igitur causam, inquam ego, o Glauco, ex ipsa principali secundū musicam nutritione rhythmus & harmonia interiora animi penetrant, pulsantq; vehementissime animū, decoram quandam figuram ferentia, per quā decorus & pulcher efficitur, quisquis recte in musica eruditur: contra verò, si contra quis fuerit educatus. Et quoniā rursus deficientia, neq; recte fabricata, aut nō bene orta acutissime sentiet, qui illic, quemadmodū oportet, nutritus fuerit, meritō egre hac ferens, pulchra quidē laudabit, eaq; amans, auideq; arripens, ipsis aletur, ac bonus inde efficietur & pulcher. Turpia verò iure vituperabit, oderitq;, et in ea aetate in qua rōnem nondum susceperit. Aduent autē denique rōnem, qui ita nutritus erit, libetē amplectetur, eā ex ipsa propinquitate, familiaritateq; profusus agnoscens. Mihi quoq; harū rerū gratia in musica nutriendi videntur. Quoadmodum tūc profecto literas satis recte callemus, quando elementa nos non fugiunt, pauca quidē in oībus quibuscunq; insunt, neq; in paruis, neq; in magnis ea spreuimus, tanquā non oporteret intelligere, sed ubiq; discernere, illa proposuimus, ut potē qui prius grāmatici futuri nō simus, quā nos ita cōparauerimus. Vera loqueris. Imagines p̄terea literarum sicubi vel in aquis, vel in speculis appareant, nō prius cognoscemus quā ipsas literas nouerimus. Est. n. hoc artis & exercitationis eiusdem. Est ut dicis oīno. Quorsum haec inquam? Ne pe eadem rōne, neq; musici prius erimus, vel nos, vel ipsi quos ad vrbis custodiā erudimus, quā temperantiae species, & fortitudinis, liberalitatis, et magnificētia, & quacūque harum sorores sunt, ipsisq; cōtraria cognouerimus, vbiq; insint: ita ut et hac, & ipsorum imagines quibuscunq; insunt, persentiamus, neq; in paruis, neq; in magnis contēpserimus, sed eiusdē esse putauerimus et artis, & study. Necessē est oīno. Siquo in homine haec concurrant, ut in aō pulchri mores insint, & in corporis specie illis singula cor̄pondeāt consentiantq; eandē suscipientia rōnem pulcherrimū hoc erit ei qui inspicere possit spectaculū. Valde quidē. Atqui quod maximē pulchrū et amabile maximē. Prorsus. Tales quosdā hōes maximē vir musicus ad amaret: si quid verò absonū aduerteret, minimē. Nō certē si defectu animi dissonaret: siquid verò dūtaxat deesset corpori, sufferret quid adeo ut diligere gratulariq; velit intelligo equidem quia tales quidam vel amantur abs te, vel amati iam sunt, atque assentior. Sed hoc mihi dicas. Est ne vllum temperantia cum soluta nimiaq; voluptate cōmercium. Quoniam pacto? Quippe cum voluptas hōi non minus, quā dolor mente e suo statu dimoueat. Alijs verò virtutibus? Minimē. Quid autē? petulencia intemperantiaq; habent cum excedente voluptate cōmunionem? Maximē omnium. Absne maiorem & vehementiorem voluptatē, quā qua circa venerea? Neq; vehementiorem vllam habeo. Neq; furiosorem. Rectus autē amor ipsa sui natura temperate et musice amat pulchrum atq; decorum. Prorsus. Nihil ergo furiosum vel intemperantia proprium re eto amori est adiuuendum. Non certē. Neq; igitur iungenda illi est voluptas ipsa venerea. Neque in ea cōicare debēt amatores, cū legitime dilectis adolescentibus, aman-

tesq; cū amatis. Per Iouem nullo modo, o Socrates. Sic igitur, ut videtur, in ciuitate recte instituta legē condes, amatorē amare, vna esse, et tangere amatū, si persuaserit, tanquā filium, honestorū causa, atq; in oībus sic versari cū eo quem amat, ut nihil unquam p̄ter honestum uideatur ab adolescente requirere. Si cōtra faciat, ignominia subeat, tanquam qui nihil oīno sapiat musicum, pulchrumue. Sic prorsus. Nōne tibi videtur finem suū iam sermo de musica cōsecutus? Quo. n. finiri debet, iā applicuit. Oportet. n. musicā in amatoria pulchri finiri. Assentior equidē. Post musicā verò gymnastica exercendi sunt iuuenes. Quidni? Oportet. n. et in hac per oēm vitā diligenter a pueris educari. Id autē ita se habet quodāmodo, ut opinor. Animaduerte et tu. Mihi quidē non videtur bene affectū corpus, virtute sua bonum aīum facere, sed cōtra bene affectus aīus, virtute sua corpus quo ad fieri pot, optimū reddere. Tibi verò quidnam videtur? Quod & tibi. Nōne si postquam mentē sufficienter instruxerimus, trademus ei, ut qua ad corpus pertinet, diligētē & exacte inquirat & curet, nos autē quasi quasdā formulas proponemus, ne longiores simus, recte utiq; faciemus? Oīno. Ab ebrietate itaq; ipsis diximus abstinendū. Vnicuiq; n. magis cōceditur q̄ custodi, ut ebrietate grauatū vbi terrarum sit, nesciat. Nempe ridiculū esset, custode indigere custodē. De hīs autē quid dicemus? Athletae. n. hi viri sunt & maximi quidem certaminis. Nōne? Maximi planē. Nunquid aliorū Athletarum habitudo custodibus conueniens esset? Fortasse. At rō somnolenta haec est, & ad valetudinē dubia. An vides quod vitam edormiunt? & si parum quidem ad instituto victu discedūt, grauiter agrotant exercitantes hōi? Video equidem. Elegantiore igitur aliquacūcitate opus est bellicosis Athletis, quos tanquam canisomnes esse oportet, & quā acutissime videre atq; audire, & multas mutationes in exercitu aquarū ciborū, aestus et frigoris ita perpeti, ut se à morbis defendāt. Ita mihi videtur. Optima igitur gymnastica soror esset simplicis musicae de qua paulo ante tractauimus. Quid istud? Simplex utiq; & conueniens gymnastica, militum exercitatio. Quo pacto? Ab Homero quidem id dīscere possumus. Nosti. n. quemadmodum in belli expeditionibus in herouū mēsis, neq; pisces ipsis parat quāuis ipsi in Hellestō mari essent, neq; elixas carnes, sed assas, q̄ facilius à militibus preparatur. Vbiq; n. facilius est, ut in loquar, ipso igne vti, quā vasa circumferre. Neq; unquā Variorū cōdimētōrū, ut arbitror, Homerus meminit. Sed hoc et alij sciūt quicūq; exercētur, quod cui corpus robustū esse debet, à cunctis hōi rebus est abstinendū. Recte quidē et sciunt, et abstinēt. Syracusanas itaq;, o amice, mēsas et Sicula, ut videris, admodū varia non laudas obsonia, si quidem haec ita tibi recte se habere videntur. Nō certē, ut mihi quidē videor. Vituperas & Corinthiū luxū blandentium puellarū in his qui optima corporis habitudine futuri sunt. Summopere. Quinetiā Attica belularia cōdimētāq;, quā iucūda plurimis et delicata videtur. Necessē est. Oēm. n. ut existimo, hōi victum, si simile esse dicemus melodiae et cantilenae quae in oī genere harmonia, oībusq; rhythmis versantur, recte nimis cōparauerimus. Planē. Ibi quidē intemperantia uarietas parit, hic morbum: simplicitas autē secundum musicā in animi

temperantiam, secundum verò gymnasticam in corpori-
 bus sanitatem. Verissima loqueris. Intemperantia verò
 & morbis in ciuitate multiplicatis, & iudicum & me-
 dicorū ope plurimū indigemus. Vnde iudiciaria et medici-
 na in precio habentur, quando et liberi multi his summo
 pere studeant. Quidni? Igitur mala & turpis discipli-
 na in ciuitate nullā maiorem potes coniecturam capere,
 quā summis iudicibus ac medicis indigere, non modo
 abiectos homines & mechanicos, sed eos etiam qui libera-
 li disciplina educatos esse gloriantur. Nonne turpe vide-
 tur, et mala educationis magna coniectura, ut cogamur
 ob propria virtutis inopiam iustitia uti externa, ab alijs
 videlicet tanquam dominis & iudicibus iuste operari cō-
 pulsit? Omnium profectō turpissimū. An nō hoc quoq;
 turpis esse putas? quando aliquis non modo omne uitae te-
 pus in iudicijs, tum accusando, tum defendendo conte-
 rit, sed rudi quadam elatus iactantia, in his ipsis nego-
 cijs gloriatur, quasi sit potens ad iniuriā inferendā suisq;
 versutis usque adeo tergiuersari ualeat, ut nullas iniuria-
 rū soluat pœnas, qui saepe minimarū vilissimarumq; rerū
 causa tā anxiiū subit negotiū, ignorans quanto praclarus
 ac melius esset, ita se coparare, ut nullo obseruatore egeat,
 etiā si stertat iudex? Certè hoc illo turpius est. Absurdū
 praeterea existimandū est, homines medicis egere non ad
 vulnera sananda duntaxat, morbosq; curandos intempe-
 rie aeris, et pro anni tēpore aliter atq; aliter incidentes,
 sed plurimum ad distillatione & spiritus interioris intus
 mescentis impetū ob mollitiē atq; desidiā, et quē in victu
 suprā damnauimus, luxū. Quibus effectum est, ut hōes
 lacunarū instar aqua fiatūq; exuberantium, nimis opple-
 ti coegerint peritos Aesculapij successores morbos quosdā
 nouo nomine, distillationes, inflationes appellare. Noua
 sanè hac morborū, inquit, nomina, nimiumq; absurda.
 Haec ut arbitror, Aesculapij tēpore non erant. Quod
 hinc planè conijcio, quod eius filij apud Troiam, poculū
 Patrocli inssu oblatū saucio Eurypilo non damnarunt, cū
 tamē in eo mixta esset Pramnio vino farina, et insuper at-
 tritus caseus, quae pituitā augent. Profectō absurdū id
 poculū, minimeq; ita affecto conueniens. Nō. Quia si ad-
 ueris, inquit, hac nostrā medicinaria facultate morbo-
 rum pedissequa, Aesculapij sectatores ante Herodicum,
 ut fertur, minime sunt vsi. Herodicus autē quum esset
 exercitatorū magister iuuenū, essetq; valetudinarius,
 miscens gymnastica medicinae, primo quidem seipsum,
 deinde & posteros multos tadio affectit. Quoniam pacto?
 Longā quippe sibi mortē praestitit. Nā dū morbū qui leta-
 lis erat, subsequeretur, neq; curare, ut opinor, se poterat,
 et medela studio occupatus, omisis reliquis oibus, vitā in
 hac corporis indulgentia conterebat, male quidē affectus
 si paulo à consuetō victu descendere, agre tamen moriens,
 hac sapientia sustinuit se, senexq; è vita decessit. Egregiā
 palmā ex arte sua reportauit. Nēpe quā decebat reporta-
 re illū, qui ignorabat Aesculapiū non ignorātia quidē et
 imperitia medela, huius posteris genus hoc non ostendisse:
 sed quoniā videbat in ciuitate optimē instituta, suū cuiq;
 opus assignatū esse, quod perfici necesse sit, nec ulli super-
 esse otii, ut per oēm vitam valetudinarius in corpore cu-
 rando occupetur. Quod quidē, modo quodam ridiculo in
 artificibus animaduerimus, in illis verò qui opulenti feli-
 cesq; cēsantur, nequaquā. Quo istud. Faber si quādo in

morbū incidit breuē à medico curationē exigit, vel peruo-
 mitū, vel defluxū ventris, vel visionē vel incisionē. Si
 quis autē diurnā illi victus obseruationē praecipit, capi-
 tisq; suffarcinationes, ceteraq; huiusmodi, statim obicit
 non esse sibi ad egrotandū otii, neq; prestare sibi ita uitā
 trahere continuis curationibus incubenti, suumq; opificiū
 negligenti. Deinde medico hoc dimisso, ad consuetum u-
 ctum reuertēs, si conualescit, opus suū exequitur: sin autē
 sustinere corpus morbū non pōt, vitā functus negocijs libe-
 ratur. Ita profectō medicinis uti artificij conuenire vide-
 tur. Atq; idcirco opus illi propositum esse dixi, quod nisi
 peragat, viuere ipsi non praestat. Constat. Diues autē, ut
 diximus, opere nullo urgetur, à quo si quādo ui arceatur,
 non amplius sit ei viuendum. Nullo prorsus, ut fertur.
 Phocylidem fortē non audis dicentem, oportet uirtutem
 exercendā esse, dū viuendi facultas iā suppetit. Arbit-
 ror autem & prius. Nihil in hoc illi aduersumur, sed ip-
 si nos doceamus, utrū id hoc pacto meditari diues debeat:
 aut si minus in alendis morbis tempus terat, non sit illi
 viuendū. Fabrili siquidē arti ac ceteris impedimento id
 est. Nam ab opere mentem diuertit. Praeceptum verò Pho-
 cylidis nihil impedit. Per Iouem, inquit, sermē omnium
 maximē, siquidem magis quā gymnastica superuacua
 ista curatio corporis ubi producit, nos occupat. Etenim
 rei familiari & militari, & urbanis omnibus magistra-
 tibus obest plurimū, quodue deterrimū est, discendi stu-
 diū, et oēm intelligendi meditādūq; diligentia impedit, dū
 capitis dolores semper et vertigines suspicatur: studiūq; sa-
 pientiae causatur, quasi ex eo ista nascatur. Quamobrem ad
 virtutis exercitationē, probationemq; nobis oīno impedi-
 mento est. Efficit. n. ut semper egrotare putemus, neq; de-
 sinamus unquā de habitu corporis queri. Consentaneum
 est. Hac cū videret, arbitror Aesculapium, hominibus
 natura educationeq; benè valentibus, deinde verò morbo
 quodā exterius lato et subito egrotātibus, eā ostēdisse me-
 dicinā, qua pharmacis et incisionibus infirmitas tolleretur,
 videlicet cōsuetō deinde victu seruato, ne ciuilia negocia
 disturbaret. Corpora verò penitus interiori corruptione
 morbosa nequaquā aggressum fuisse, diligentia victus et
 diurna obseruatiā in uita producere, ita ut et agre uiue-
 rent hōes et valetudinarios, quod inde sequitur, filios ge-
 neraret. Neq; verò censuit curandū, qui nō posset in consti-
 tuto et solito victu ac regula viuere, tanquā neq; illi ipsi
 neq; ciuitati id cōferret. Ciuile uirū dicis Aesculapiū ex-
 titisse. Constat planè, filijq; ipsius talē eū fuisse testatur.
 An ignoras illos apud Troiam in rebus bellicis claruisse?
 quanquā et medicinae studio, quemadmodum ego dicebā,
 utebantur. Non meministi quod Menelao Pandari ma-
 nibus vulnerato, cruorē vulneris absterferunt, et unguē-
 tis mitigantibus perunxere: legem verò certam circa ci-
 bos ac potus nihilo magis quā Erypylo praescripserunt:
 quasi pharmaca ad curandos sufficerent homines, qui an-
 tē accepta vulnera & firmi corporis habitu & victu mo-
 derati fuissent, licet protinus dictum illud poculū ebibis-
 sent? homines autem & natura et incontinentia morbosos
 viuere, neq; ijs ipsis, neq; alijs conferre putabant, neq;
 circa illos versari artem, neq; esse curandos, etiam si Mi-
 da locupletiores essent. Scitos admodum viros fuisse per-
 hibes Aesculapij filios Decet sanè. quanquā nobis tra-
 gici & Pindarus parum astipulantur. Aesculapium

anim ferunt Apollinis filium extitisse, atque auro indu-
 ctū ut hōem pecuniosum cū extrema agritudine ad mor-
 tem ferente opprimeretur, in vitam restitueret. Vnde &
 fulmine percussus. Sed nos propter illa q̄ supra diximus,
 illis hac utraq̄ non cōcedimus. Imō si dei filius fuit, lucri
 turpis auidum fuisse negabimus: sin turpis auidus lucri,
 dei fuisse filiū rejiciemus. Probè quidem ista dicuntur. Sed
 de hoc quid ais, o Socrates? An nō bonos medicos habere
 oportet in ciuitate? Essent aut̄ tales maximè, quicunque
 fuissent cū sanis plurimis, plurimūq̄ agrotantibus cōuer-
 sati. Iudices itē similiter, qui varia hōrum ingenia essent
 experti. Et valde quidē bonos dico. Sed nunquid intelligis
 quos tales esse arbitror? Si dixeris. Tentabo equidē. Tu
 tamen non similem rem sermone eodē interrogabas. Qua
 rōne? Medici quidem sufficientissimi euaderet, si ab in-
 eunte aetate ultra discende artis studiū inter plurimos cor-
 pore malè affectos conuersarentur, ipsiq̄ oī morborum ge-
 nere laborarent, naturāq̄ imbecilla essent. Neq̄ n. corpus,
 ut arbitror, corpore curant. Impossibile nanque esset, ipsa
 quandoq̄ mala vel fuisse, vel esse. sed aīa corpus curat.
 An non fieri pōt, ut q̄ fuerit sitq̄ mala, bene aliquid cur-
 ret? Rectè quidem. Iudex aut̄, o amice, ipso aīo ipsi aīo
 imperat. Nōne possibile est à pueritia animū aliquem cū
 malis animis conuersatum, & iniusta quæq̄ facinora ope-
 ratū, acute deniq̄ ex seipso aliorum scelera conuictare,
 quemadmodū ex ipso corpore morbos. Num insontem ip-
 sum imperitūq̄ malorū morum, dū esset iuuenis, existisse
 oportet, si bonus & honestus existens iusta sincere est
 iudicaturus? Quapropter modesti homines, dum iuuenes
 sunt, stolidi esse videntur, & qui facili ab iniustis de-
 cipi possint, tanquam qui non habeant in seipsis eadem
 quæ habent improbi, affectuum exempla malorum. Om-
 nino certè id patiuntur. Verumenimverò non iuue-
 nem, sed senē esse bonum oportet iudicem, qui sero quale
 quid iniustitia sit, didicerit: tanquam qui non propriam
 in animo suo eam senserit, sed alienam in alienis animis
 longo tempore nouerit, atq̄ idcirco cuiusmodi sit malū di-
 scernat, scientia potius quam propria experientia iudicās.
 Generosissimus certè iudex huiusmodi esse videtur. Et bo-
 nus præterea, quod ipse quærebās. Qui n. bonum habet, re-
 mouet & animum, bonus est. Versutus aut̄ ille ac mala
 suspicans, qui multa agit iniuste, sagaxq̄ & sapiens ha-
 betur, quando cū suis similibus versatur, cautus calli-
 dusq̄ apparet, cū ad exempla quæ in eo sunt, mentem
 dirigens sibi satis caueat. Quando verò bonis senioribusq̄
 adhæret fatuus, cum ultra quàm decet, diffidat, san-
 numq̄ & syncerum morem ignoret, quippe qui exem-
 pla illius non habeat. Cū verò frequentius cū malis
 quàm cū bonis uersetur, sapiens quoq̄ sapientior quàm insi-
 pientior sibi alijsq̄ videtur. Vera proculdubio loqueris. Nō
 ergo talem quætere oportet iudicem tanquā bonū et sapien-
 tem, sed qualem paulò antè dicebā. Prauitas n. neq̄ se, ne-
 que virtutē cognosceret unquā. Virtus aut̄ naturæ tempo-
 re addita disciplina, et seipsam simul, et prauitatem intelli-
 get. Nō igitur malus, ut mea fert opinio, sed hic sapiens
 euadit. Mihi quoq̄ ita videtur. Nōne igitur et medicinā
 qualē diximus, unā cū hōi iudiciaria aequitate in ciuita-
 te lege constitues, q̄ quidem eos ciues qui natura, tū aīo,
 tum corpore bene se habēt, enutriat? eorum uerò, qui tales
 nō sunt, quotcunq̄ corpore deficiunt, mori sināt: quotcunq̄

malo ingenio procreati, insanabiles sunt, morte mulctet?
 Hoc fortasse et ipsis qui talia patiuntur, et ciuitati con-
 dicit. Cōstat quin etiam curaturos iuuenes ne in iudiciaria
 usum indigentiamq̄ descendant, simplici illa rietes musi-
 ca, ex qua nasci diximus temperantiā. Cur non? An
 non per eadem hac vestigia musicus gymnasticam sequēs,
 si uolet, aget, assequeturq̄ ut nihil egeat medicina, nisi ne-
 cessitas cogat? Assentior equidē. Exercebit aut̄ in gym-
 nasticis corpus, respiciēs magis ad animositatē naturā, illāq̄
 excitans, quā ad robur: neq̄ quemadmodū Athleta aliq̄
 corporei roboris gratia uictū instituet, laboresq̄ adhibe-
 bit. Rectè admodū. Qui ergo cōstitunt, o Glauco, mu-
 sica & gymnastica homines erudire, non ea causa qua
 multi existimant, studia hac aggreduuntur, ut hanc qui-
 dem corpus, illa animum curent. Cur nō? Videntur
 enim utraq̄ animi gratia plurimum exercere. Quo pa-
 to? An non vides ut afficiant animum qui gymnasti-
 cam per oēm vitam exercent, musicam non attingunt,
 uel qui cōtra faciunt? De quonā dicis? De rustica inquit,
 duritia ferocitateq̄, atq̄ itē de mollietate, et mansuetudine.
 Noui equidē eos qui sola utuntur gymnastica, aggressiores
 quàm oportet euadere. Qui autem duntaxat musica mol-
 liores quàm eos deceat, effici. Atqui uis ipsa aggressus ad
 iracundā naturā animositatem pertinet, quæ si recte nu-
 tritur, fortis euadit: sin autem supra quàm decet, ex-
 crescit, ferox, ut consentaneum est, ac dura. Assentior.
 Quid aut̄ vim ipsam mitem & mansuetam, nonne phi-
 losophi natura habet, quæ si nimium coalescit, mollior fit
 quàm decet: bene autem si enutritur, suauis atq̄ molli-
 sta? Est ut dicis. Dicebamus autē oportere ipsos iudices
 utraq̄ naturas habere. Oportet sanè. Nōne congruere
 inuicē & concinere oportet? Quid ni? Eiusq̄ animus
 quo hac consonant, temperatus est et fortis? Omnino. Eius
 aut̄ animus in quo dissonant, timidus & agrestis. Et
 maximè quidē. Quicunq̄ permittit ut musica atum suū
 assidue circumsonans occupet et demulceat, perq̄ aures ue-
 luti per infundibula harmonias infundat, quas supra cō-
 memorauimus, suauis, blandas, molles, ac fribiles, atq̄
 atatem suam in modulis animū delinientibus cōsumit, u-
 primū quidē, si quid iracundum habebat, itaq̄ ferrum de-
 molliat, et uile ex inutili duroq̄ efficit. Quando aut̄ in-
 bit diutius, magis demulcet: post hoc itā liquefacit aīum et
 resoluit, donec destillado exhauriat animositatē oēm, ex-
 cindatq̄ tanquā neruos ex aīo. ex quo aīum quasi segne
 militē efficit. Sic est oīno. Ac si à principio hōem nacti
 sit natura sine animi robore, cito hoc perficit. Sim autē ani-
 mosum, uires animi frāgens ad iram reddit precipitem, ut
 nimis quibusq̄ offensiuiculis iritetur, ac facile iterū effue-
 scat. Vnde ex animosis iracundi atq̄ morosi effecti, sunt mo-
 lestia et fastidio pleni. Ita profusus accidit. Quid si quis
 gymnastica uictui exercitationiq̄ se dedat, musica philoso-
 phiāq̄ neglectis, primum quidem firmū corporū habitum
 cōsecutus animi uiribus magnitudineq̄ repletur, fortiorq̄
 q̄ esset, euadit. Valde quidē. Deinde si in hoc ita perse-
 ueret, ut nihil aliud agat, neq̄ musicā profusus attingat,
 certè si quis erat eius in aīo instinctus discendi flagras en-
 piditate, imbecillus, surdus, ac cæcus efficitur: ut pote qui
 neq̄ doctrinā gustauerit ullā, neq̄ indagationē rerū, neq̄
 ullā penitus rōnem, neq̄ musicam aliā unde expurgisci po-
 tuerit, coalescereq̄, sensusq̄ suos puros accipere. Sic pla-
 nē,

ne. Rationi aduersus, ut arbitror, vir huiusmodi, & a musis redditur alienus, ac nulla alterius persuasione rationibus inducta vitur: sed ut & aggressi immanitate tanquam fera quadam ad omnia fertur, inq; inscitia et ruditate sine rhythmo et gratia & urbanitate viuit. Oïno sic se res habet. Postquam duo hæc sunt, ut apparet, artes duas asserere deum aliquē hominibus tribuisse, musicam & gymnasticam, ad animositatē, philosophicā mē naturā, non ad animū et corpus, nisi per accidens fuerit, sed ad illa, ut inuicem consonarent, intensa videlicet atq; remissa quatenus deceat. Sic apparet. Eū igitur qui pulcherrime gymnasticā cū musica miscet, moderatissimeq; hæc animo adhibet, meritō absolutissimū musicū dicemus, & summa harmonia cōpositū, magis quā eū qui chordas unā contemperat. Et meritō quidē, o Socrates. Nōne ergo huiusmodi aliquo praside semper in ciuitate nobis opus erit Glauco, si debet salua fore respublica? Erit certe summopere. Hi ergo disciplina educationisq; modi essent. Choroas n. huius esse rectē dicāt aliquis, Venationesq; ceteras, & quæ canibus sūt gymnica, item certamina & equestria. Fermē n. constat sequi hæc ista debere, neq; inuentu difficilia fore. Fortē non sunt difficilia. Quid nobis praterea distinguendū. Nōne horum oïum quinam imperare debeant, qui parere? Cur non? Cōstat quidē seniores imperare oportere, iuniores subesse. Cōstat profecto. Et hoc liquet, ex his esse optimos eligendos. Liqueat certē & isthuc. Agricolarū optimi nōne hi sunt, qui maximā agrorū habent colendorū peritiā? P̄orsus. Nunc autē cū ex custodibus optimos eligi oporteat, nōne eos qui maximā custodiendā ciuitatis peritiā habent? Eos planē. Prudentes ergo ad hoc esse eos oportet, potentesq;, & qui Reip. curam habeant. Et ista. Curat autē quisq; maximē id quod maximē diligit. Necessē est. Atq; ad hoc diligit maximē, cui conferre eadē ac sibi existimat, & ex cuius felicitate suā arbitratur felicitatē infelicitatē mē pendere. Sic est. Eligendū igitur ex oïbus custodibus hi maximē qui nobis considerantibus videantur per oēm vitā summo studio ea facere, quæ e respublica esse ducūt: quæ verō corrā, cauere. Comodissimi certē hi sunt. Obseruādi itaq; sunt, ut arbitror, in singulis etatibus. Vtrū præceptū hoc seruent, neq; tāquā præstigijs quibusdā decepti, neq; ut ulla cōpulsū, suisq; ipsorū obliuisciant eam opinione, quæ ea sola censentur agenda, quæ sunt optima reip. Quæ electionē dicis? Dicā tibi. Videtur mihi opinio mente excedere, vel sponte, vel inuite. Sponte quidē falsa, in eo qui dediscit falsa, vera discit. Inuite autē, vera quæq; opinio. Quod de voluntario abscessu dicis, intelligo: quod autē de inuito, discere cupio. Nōne putas bonis hoīes inuite priuari, malis autē spontē? An non mēiri, verūq; nescire malū est, vere autē iudicare bonū? Nōne opinari ea q̄ sunt. Vere putare tibi videtur? Probē loqueris, mihiq; videntur hoīes inuiti vera opinione priuari. An nō vel surreptiue, vel deceptione, vel ut hoc patiūtur? Neq; istud intelligo. Tragicè porro loqui videor. Surrepti. n. opiniones hīs dico, qui sūt am mutant, vel sensim tempore obliuiscunt, vel clam aduersa rōne subtrahūt. Nunc intelligis? Intellico equidē. Vim autē illis inferri, quos dolor, cruciatus, aliter sentire cogūt. Istud intelligo equidē, ac rectē dicis. Subdūci autē quasi præstigijs eos, ut arbitror, tu quoq; diceres, qui priore deponunt opinione, vel voluptate permul-

ti, vel metu perterrefacti. Videtur sanē quacūq; decipiūt, præstigijs nos seducere. Quod igitur nuper dicebā, quærēdū est quinam constanter seruent eam, quæ apud ipsos est sententiam, id videlicet semper agendū esse, quod respublica conducere arbitrantur. Obseruandi sunt igitur statim a pueritia, eaq; illis opera proponenda, ex quibus alius quis maximē præceptū illud obliuiscit, falliq; possit. Atq; is qui seruat illud memoriter, neq; subducitur, eligendus: qui contrā, abijciendus. an non? Certē. Ergo et labores et dolores illis et certamina opponēda, in hisq; hæc eadē obseruanda. Scitē. Nōne secundum speciem illā tertīā, hoc est, quasi quādā præstigijs hallucinationē pugnadū est, & quemadmodum qui inspicere cupiunt, nunquid pulli pauidi sint, necne, ad strepitum illos, et tumultum ducunt, sic iuniores in terribilia quadam impellendi, atq; itē oblectamenta, in hisq; multo magis quā igni aurū examinādi? Ut ita cōperiamus, si extet aliquis inter eos qui non facile irretiat, sitq; cōpositus in oïbus, suspensus custos optimus, & eius quam didicit musica conseruator, concinnusq; & consonū se in his omnibus præbeat. Quælis vir esset & sibi & patriæ utilissimus. Atq; is qui singulis etatibus semper pueritia, adolescentia, matura etate probatus est & immaculatus existit, custos & princeps est ciuitatis constituendus. Honores huic tribuendi et viuenti & mortuo sepulchrorū et aliorū monumentorū maxima munera sortienti. Qui verō talis non sit, abijciendus est. Huiusmodi igitur, o Glauco, delectus & institutio principū et custodum esse debere mihi videtur, ut summariū potius quā exacte sit dictū. Idē & mihi videtur. Igitur verissime vocabuntur hi quidē custodes oī ex parte, tam externorū hostiū, quā internorū amicorum, ut isti nolint, illi nequeant malū aliquid machinari. Iuuenes autē quos paulō antē custodes nominabamus, rectē auxiliarij defensoresq; institutionum ipsorum principum appellabuntur. Sic & ipse sentio. Quis itaq; modus erit quo ex his mendacijs quæ aliquando decent, quemadmodū et nos in superioribus generosum quiddā mentientes induximus, persuadeamus prius quidē principibus? sin minus, saltē reliquis ciuibus? Quale isthuc ais? Nihil noui equidē, sed Phœnicium quiddam: quod antē quidē apud multos factum est, ut poeta dixerunt, & persuaserunt. nostris verō temporibus minime: nec scio si futurū unquā, persuadere certē est arduum. Quam pigre ad dicendum videtur accedere. Videbor equidem tibi postquā dixero, haud ab re piger. Dic age, nec timeas. Ecce iā dico, quanquam nescio qua audacia quibusq; verbis fretus dicam, atq; aggrediar primum ipsis principibus & militibus suadere, deinceps autē & reliquis ciuibus, quod ea quibus nos ipsos enutrimus erudiuimusq; tanquam somnia nisi sunt circa seipsos omnia habere. Erant autē tunc reuera sub terra, inius formati et enutriti ipsi, & armorū et supellex oīs. Postquam verō oïno perfecti fuerūt, terra ipsos ut mater eduxit. Et nūc quidē tanquā matris ac nutrici, regioni huic in qua sunt, consulere debēt, atq; succurrere, si quis eā inuaserit, deq; ceteris ciuibus, tanquā de fratribus terra genitis, cogitare, Nō ab re iā antē pudebat hoc mendaciū dicere. Rectē admodū, sed audi iam reliquum fabulæ. Estis viriq; omnes in ciuitate tanquam fratres (sic enim dicimus apud eos fabulātes) sed cū deus formaret, quicūq; vestrum ad imperandum idonei nati sunt.

sunt aurum in eorum generatione ipsis admiscuit, propter quod honoratissimi sunt. Illis aut qui ad auxiliandum, argentum indidit. Ferrum denique atque aes agricolis et alijs opificibus. Tanquam igitur eiusdem generis omnes, similes vobis plurimum generatis. Euenit aut quandoque, ut ex aureo nascatur argenteus, et ex argento similiter aureus ceteraque ita vicissim. Quapropter ipsis principibus et primo et maxime deus praecipit, ut nullius rei maiorem curam custodiamque suscipiant quam natorum, ut dignoscant quid ex quattuor his potissimum illorum, a se sit mixtum: et si quis ex ipsis nascatur aeneus aut ferreus, nullo pacto misereantur, sed honorem illi naturae convenientem tribuentes, inter opifices vel agricolas mittant. Rursusque si ex illis nascatur aliquis aureus vel argenteus, honorantes extollat, partim quidem in custodes, partim auxilios: quasi oraculum sit, tum reipublicae peritiam, cum ipsam vel aeneus custos vel ferreus gubernabit. Habesne quomodo huic fabula fidem adhibeant? Nullo modo, quo pacto isti: quo autem modo istorum filij ac reliqui posteri, habeo. At hoc bene se haberet ad maiorem curam sui et civitatis habendam. Ferme quod dicis intelligo. Et hoc quidem illuc tendet, quod oraculum perducet. Nos autem hostem genitos armantes ducentibus principibus producamus. Profecti autem explorent, ubi in civitate sit optimum castra ponere, unde et eos qui intus sunt, maxime cohibeat, si quis nolit legibus ipsis obtemperare, et eos qui extra, repellant, si hostes tanquam lupus ad ovile perrexerint. Cum vero castra posuerint, et quibus oportet sacrificauerint, tabernacula struant. Sicne? an aliter? Sic certe. Num hominum qualia contra hyemes et calores sufficient? Quidam? habitaciones n. dicere mihi videris. Sic aio, sed militares non opulentas et mercatorias. Quo differre asseris hoc ab illo? Conabor equidem declarare. Grauissimum quippe omnium, et turpissimum pastorem esset, si ita canes gregis custodes futuros nutrit, ut ex intemperantia, aut ex fame, aut ex aliqua alia mala consuetudine, canes ipsi aggrediantur pecuaria laedere, et pro canibus similes lupis efficiantur. Graue nimium. O non itaque nobis cauendum, nequid tale aduersus ciues efficiat, qui defensores adhibentur, cum ipsis valentiores sint, neque beneuolorum loco sociorum, aggressibus dominis se similes praebent. Cauendum sane. Nonne maxima esset adhibita cautio, si reuera placere educati sint? Sunt quidem. Hoc quidem, o amice Glaucos, asserere non decet, quod autem nuper dicebamus, nimirum decet, quod oportet ipsos recta, si qua est, consequi disciplinam, si modo mites futuri sunt et sibi inuicem et his quos custodiunt. Et recte quidem. Ad hanc igitur disciplinam quisque sana mentis diceret, habitationem et reliqua suppellectilem ita adhibendam, ne ipsos quo minus optimi viri essent prohiberet, neque eos ad ceteros ciues ledendos induceret. Et vere quidem. Inspice igitur an tali quadam ratione eos oporteat viuere et habitare, si quidem futuri sint tales. Primo quidem nemo proprium quicquam possideat, nisi quatenus summa cogat necessitas. Deinde neque domum neque penam habeat, quod non omnibus pateat aditus. Quae vero ad victum pertinent, rata sint apud eos, quatenus indigent militares athletae temperati ac fortes: accipiantque ex instituto ab alijs ciuibus mercedis tantum custodiae gratia, ut exacto anno, neque desit quicquam, neque supersit. Conferentes autem se

ad comessationes, perinde atque in castris, communi vescantur conuiuio. Dicendumque est illis, aurum et argentum diuinum a dijs in animo eos habere, neque humano auro indigere, neque sanctum esse, illius possessionem admixtione mortalis auri inquinari. Nempe ex vulgi pecuniarum multa impia prouenerunt: quod vero inest illis aurum, prorsus immaculatum. Profecto solis ipsis ex omnibus qui sunt in ciuitate, tangere aurum aut argentum, aut sub recto suo recipere, aut circumferre, vel ex ea materia bibere, nefas. Hoc ergo pacto et sibi et civitati salutem parerent. Siquando vero domum sibi aut agrum aut pecuniam priuatim possederint, administratores familiae, et agricola pro custodibus erunt, et vice eorum qui ciuibus auxilio sint, domini eorum infensi efficientur: et ipsi odio habiti, odioque alios habentes, et insidias parantes, pariterque patientes vitam vniuersam degent. Vbi multo magis ciues quam externos hostes timebunt, accedentque iam tunc proximè ad perniciem tam ipsi quam reliqua ciuitas. Horum igitur omnium causa dicamus custodes ipsos circa domum et reliqua omnia ita instructos esse debere. Haec lata sit lex, an non? Sic esto.

DIALOGVS

QUARTVS DE
IVSTO.MARSILII FICINI
ARGVMENT.

RADITVR in quarto libro modum possessionis atque ciuitatis, ut neque diuites nimiam ciues sint, neque pauperes. Putat enim tam inopia quam copia seditiones omnium tatemque dissipari. Iudicat pro cetera ciuitate illam non esse vnam, sed plures, in qua alij quidem pauperes sint, alij vero diuites: atque ut fieri solet, diuites contemnant pauperes: hi vero erga illos, et inuidia afficiantur et odio. Unde sensim descendit ad mysterium suum, ut omnia videlicet sint communia, ne alij minus, alij vero plus habeant, et inde inuidiae, mendaciae, furtae, et hinc luxuria, superbia, pigritiaque nascantur. Adde quod possessio rerum tam excedens quam deficiens, non solum moribus et concordia, sed ingentibus et artibus obest. Docet non diuitijs, sed virtute seruari ciuitatem, magnamque gerere. Item quilibet ciuitatis partem non ita respondendam esse ut in seipsa quam optime habere se videatur, sed ut cunctis conferat, communi: ciuitatis totius conducatur bono. Alioquin neque ciuitatem ipsam, neque partes illas posse consistere. Adde pro cetera ciuitatis augendae modum, quatenus scilicet ciuitas vna permaneat. At cum primū perdit vnitatem, non esse vnitatem augendam. Praecipit ergo, ut neque exigua, neque vasta sit ciuitas, sed mediocrius aequalisque, et concors, quo eius vnitatem conferuetur. Quam vero messem frustra sperat qui negligens fuit in seminando, idcirco totū studium circa pueritiam adolescentiamque adhibendum esse iudicat, quasi circa messis vrbem et seminem, adeo ut etiam verborum, ludorum, gestuumque singulorum ratio diligens circa pueros adolescentisque habeatur. Alioquin si negligatur haec aetas, non aliter circa leges quotidianas frustra laboratum iri, quam si qui phar-macis eum quotidie curare contenderit, qui nullum seruare velit in vltima temperantiae modis. Inter haec considera ludos in studia sensim, moresque conuertit. item sicut homini et natura robusto, et victu prudenti atque temperato, nullis penè inquam opus est medicinis: ita ciuitati et optime ab initio constitutae, et in ea forma perseveranti, neque multis ab initio legibus, neque quotidianis deinceps constitutionibus opus esse. Malas vero res in quotidiana quidem per nouas leges curatione versari, nunquam vero bene valere. Quapropter in hac re, tanquam optima Plato nullum circa leges adhibuit studium, sperans prudentes bonosque viros leges esse viuentes. De legibus vero sacra quid? Multo certe minus in his censuit laborandum. Nemo enim quae ratione colendus sit deus, intelligit inquam, nisi prius intelligat deum diuinum